



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXXI. Simvlatio Simvlatori exitialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

C A P. LXXI.

SIMVLATIO SIMVLATORI
exitialis.

§. **N**ulli autem nocentior & pestilentior est simulatio & hypocrisis quam suo auctori, nam i. sceleribus illum cooperit. Isa. 9. v. 17. Omnis hypocrita est n. quam. Matth. 23. v. 27. *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocrite: quia similes estis sepulchris dealbatis, quae à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni hypocrisis & iniquitate. Sunt enim ministri Sathanæ transfigurantis se in Angelum lucis 2. Corinth. 11. v. 15.*

*Simulatores
nulliusf. ugi
homines.*

§. 2. Eadem simulatio hominem miserum reddit & infelicem. Ecclesiast. 3. v. 28. *Cor ingrediens duas vias seipsum stru- non habebit successus, & cor prauum in illis scandalizabitur, it.* in duabus illis viis sustinebit offendiculum & ruinam Iob. 8. v. 13. *Spes hypocrite peribit, & sicut tela araneorum fidi- cia eius. Et c. 13. v. 16. Congregatio hypocrite sterilis & ignis deuorabit tabernacula eorum. Prouerb. 12. v. 27. Non inueniet fraudulentus lucrum.*

*Simulator
technam in
rechoam in*

§. 3. Efficit hominem turpem & infamem Ecclef. 5. v. 17. *Denotatio (vituperatio, damnatio, quem omnes vituperent damnent) pessima super bilinguem. Ecclesiast. 6. v. 1. Improperium & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Ecclesiast. 28. v. 15. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Obrectator aliud loquens in praesentia, aliud in absentia dignus, quem omnes execrentur tanquam pacis perturbatorem.*

*Simulator
sibi ipsi stig-
ma & igno-
minia nota
nuit.*

§. 4. Eandem fictè ac simulatè agendi rationem praematurò vleiscitur Deus interitu. Psalm. 54. ver. 24. *Immatura morte perit fraus ule- Viri sui.*

*Simulator
sempiterna
felicitatis
exharet,*

*Simulator
perpetuo
mutatur
supplicio.*

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Prouer. 28. versic. 10. *Qui decipit iustum in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius.* Qui fraude, dolo, blanditiis à virtute ad prauitatem alium pellexerit, vel ad quodcunque incommodum perduxerit, quod alteri parauit malum sentiet, eoque sublatofin- ceri & integri ipsius bona consequentur. §. Priuat & si- mulatorem Deus sempiterna felicitate. Vnde toties Saluator Matth. 6. repetit hypocritas recepisse mercedem suam. Tales, inquit Sanctus Augustinus libro 2. de ser- mone Domini in monte cap. 3. ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt, nisi fallacie supplicium rectissimeque his dicitur. *Recedite à me operarii dolosi: nomen enim meum habuistis, sed opera mea non fecistis.*

§. 6. Denique hoc crimen Deus pœna castigat, ple- ctiturque sempiterna, id enim loci pars hypocritarum vbi fletus & stridor dentium Matth. 24. versicul. 28. Psalm. 11. versicul. 3. 4. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* Dis- perdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magni- quam, fraudes suas jactantem Ecclesiast. 2. versicul. 14. *Va duplici corde & labiis scelestis.* Hierem. 9. versic. 8. & 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit insidias.* Nam- quid super his non visitabo, dicit Dominus aut in gente huiusmodi non vliscatur anima mea?

